

108

## Quartus

initia istarum didionum. iocunditas merentium. eternitas uiuentium  
sanitas languentium. ueritas egentium. hoc nomen ihesus uenit  
ei tripliter scilicet ratione nature ut quod ex diuina natura erat saluator au-  
toritate. et ex humana natura erat saluator misterio. etiam uenit  
cari sibi nomen saluatoris. Ratione deuentie quod ut ex re nomen  
habet. unde quia saluat a peccato. a dyabolo. et ab inferno me-  
rito habet nomen illi beneficio congruens. Ratione efficacie.  
quia christus nos sua passione saluauit.

### De baptismo domini Capitulum. xii

In baptismo domini notatur ipsius humilitas et nostra utilitas. Ipsius  
humilitas notatur in quatuor. Primo quod uenit ihesus scilicet datus saluator  
et non indigens salute. Secundo quod in iordanem ubi creator elemen-  
torum subiecit se humili elemento. et aque. Tertio quod ad iohannem scilicet  
dominus ad seruum. rex ad scutiferum. sol ad luciferum. Quarto quod uenit  
ut baptizaretur ab eo scilicet fons a riuo. plenitudo a stilla. auctor  
baptismi a baptisimo ministro. Utilitas nostra notatur in quatuor que di-  
ca christum baptizatum euenerunt. Primum quod christus uelut qui baptizatus  
fuit ascendit de aqua per quod notatur in nobis gratie ministerio. Ideo enim  
per baptismum liberatus a culpa ascendit ad uirtutes. Secundo apertum  
est celum per quod notatur hominis post baptismum deuentis euolatio  
Tertium descendit spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum  
per quod notatur quod baptismus facit hominem spiritus sancti templum. Quartum  
uox patris facta est. Die est filius meus dilectus. in quo notatur quod  
per baptismum de filio ire fit filius gratie. In baptismo christi notantur  
substantialia baptismi nostri scilicet baptizans baptizandus materia forma  
et intentio. Baptizans fuit iohannes in quo nobis ministerio scitatis  
designatur. Baptizatus fuit christus scilicet nostrum baptismum secretas. Be-  
quod ueritate sue mundissime carnis uim generatiuam dedit aquis.  
Materia fuit aqua magis ueniens et uis ceteris liquoribus ad ba-  
ptismum nostrum exprimitur. Forma notatur per testimonium trinitatis. Fuit  
enim pater in uoce. filius in carne spiritus sanctus in columba. Intentio  
designatur formam. Uoces enim ut ait Dominus note sunt earum que sunt in  
aia passionum. per uocem patris que audita est in baptismo christi no-  
tantur. scilicet dignitates et excellentie eiusdem domini christi. Cum enim dicitur. hic  
est commendat christus a uera essentia quod solus deus uerum habet esse. omne  
enim esse a forma est. Deus autem est forma sine materia ut Boetius  
dicit. Cum dicitur filius idem christus commendat a similitudinis patris ueni-  
entia: ex eo namque dicitur filius quod fit et ille propter quod filius dicitur imago patris  
potius quam spiritus sanctus propter rationem quam super habes in primo. Cum  
dicitur. meus commendat a substantie differencia. dicitur enim meus et mihi.